

Universitätsbibliothek Paderborn

Rosa In Hieme

Mertz, Martin Antverpiæ, 1627

Capvt VI. Prædicit obitum suum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42750

86 VITA WILHELMI ROTHENSIS Completorij nocturno decursu illic sacra coram icone in genua prouoluto & ardentissimè precanti sistit se Virgo beata Domina nostra clementissima, alloquitur, famulumque suumomirifice exhilarans, & suprà quá dici possic cælesti dulcedine inebrians, mirabile amoris incendium in eius pectore excitauit, & languore quodam sui longe quam ante ardentiori æternitatisque valide vulnerauit; sicque dulciter affectum ac consolatum dimittens, disparuit. Qua ex re animus VVILHELMI totus ab humanis abstractus, in Deu Deiparamá; vnice semper defixus mansit. Cognouimus autem ist. hoc ex relatuR.P. Georgij Kurtz Cofessarij.

CAPVT VI.

Pradicit obitum suum.

Lo die, qui VVILHELMO vltimus in hoc mundo fuerat, mane, antequam ad pensum sacrum antemeridianum absoluendum accederent, Patres & Fratres ad eum tamquam moribundum frequentes coierant, coram eo (vti Ordini mos est) humi in genua prostrati oraturi: quos VVILHELMVS intuitus tantum, securos abire iussit, priusque diuinum Officium Deo persoluere: non enim iam, sed tunc primum

ordinis praemonst. 87
primum se ex mortali hac vita in cælestem
à Sponso suo euocandum; quod & contigit. Ita famulus Domini obitum suum Fratribus antè prædixisse fuit repertus.

CAPVT VII.

Placide in CHRISTO obit.

v m itaque obitus hora, quæ fuit circa decimam diei, iam adesse festinaret; subità VVILHELMVS, oculis suauiter in dextram directis, in diuturnam rapitur ecstasim, in qua Deiparam, DD. Catharina & Barbara latera stipantibus, vidisse dicebatur, & satis etiam notari ac deprehendi potuit. Sed is totus dulcedine animi liquefactus, ad se reuersus vix dum fuerat, cum subitò candelæ pro more ad mortis horam accensæ in oculis coràm adstantium extinguuntur: post aliquantum verò temporis, . VVILHELMO in mortis agonem ingresso, vltrò iterum accensæ lucere cœperunt; quod Angelicis factum manibus, ficut & prius diabolică inuidià, nequaquă ambigimus. Hac ergo ratione pius & sanctus Frater inter spiritualis Patris sui Georgi, Kurtz coplexus viá vniuerse carnis ingressus, placidè in Christo obijt quinto Kal. Aprilis, anno à salute humano generi restitutar 588.

ra

1-

u-rà

is, re

ic li-

ac

re

IS

10-

t.

ij.

d

15